recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis inscribit Memorato Creditori suo suisque eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et defacto dare et restituere aut certa Acta officij praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam nuspiam ad se ab eodem officio non recipere Nec modo quovis arestare aut offdeubere sub vadio simile alterum Quinquaginta Florenorum Polon in defectu solutionis pro tempore officio ad solvendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio praesenti Castren Bransen in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac reali et effectiva satisfactione Omnibus Controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alijsque in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Sub abscribendo et abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Kamienski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen psti comparens Nobilis Albertus olim Clementis Orzechowski(?) sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Stanislao olim Stanislai Kamienski et eius successoribus Decem sexagenas Polon debiti certi et liquidi tenetur ac debere et pro Dominica Septuagesimae proxime futura solvere realiter et defacto reddere se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittit ac inscribit sub vadio simile alterum Decem sexagenarum Polon in casu non solutionis pro tempore ac officio ad solvendum succumbendo Et Coram officio praesenti Castren Bransen in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis se et suos successores Sub abscribendo et abrenunciando.

Sklody Przyrusy Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransen psti comparens Nobilis Martinus olim Mathaei Sklodo de Sklody ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Dorotheae filiae Nobilis Pauli Sklodo Conthorali suae legitimae et eius successoribus Bona sua Omnia mobilia et immobilia tam paterna quam Materna obligationa quaesita in haereditate Sklody Przyrusy Zopienie et Krasowo Magna consistentia reservat pro se Octo sulcos plus vel minus penes Martianum Sklodo et ... a Dzial Bukaiowski et prata Bukaiowska ad ... quae extendit per villam Sklody Cum Omnibus et singulis Attinentibus fructibus proventibus Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos offerre acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem Omnimodam eiusdem possessionem ab Omnibus impedimentis iuridicis quarumvis personarum quinqua

num

rum et aemulanem per Omnes personas Status cavet sub Damnis Omnibus simpli taxatis et educendis. Et Coram officio praesenti Castren(si) Branscen(si) in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs se et suos successores Cuti abscribendo et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Secunda in Crastino festi Sancti Petri in Vinculis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Stokowski Wlosty Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren(sibus) Capitaneal(ibus) Branscen(sibus) personaliter comparens Religiosus Albertus Lepietowski filius olim Nobilis Pauli Lepietowski Pater Societatis Jesu Conventus Lomzen(sis) nondum professus habita ad hoc licentia et facultate authentica superiorum suorum sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Alberto olim Valentini Stokowski in Wlosty Olszanka haeredi et ejus successoribus totam et integram sortem suam bonorum Omnium Mobilium et immobilium in haereditate Wlosty Olszanka sitam se recognoscen(te) post parentem suum iure Naturali successionis et alias quovis modo ac iuris titulo sibi concernen(tem) et spectantem cum Areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis et generaliter Omnibus in genere et singulis in specie utilitatibus fructibus proventibus attinen(tibus) et pertinen(tibus) Omni iure suo dominio proprietate principalitate ac titulo haereditario Nihil sibi et alij cuipiam reservando seu excipiendo sed prout se praefata sors in suis metis et limitibus antiquitus habet et extenditur pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Quorum bonorum certam partem fundi idem Stokowski ab obligationibus possessoribus suis proprijs pecunijs sibi liberare tenebitur. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et alios suos officiose acceptandam dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros circa promissionem ab Omni impedimento quorumvis quarumvis personarum et cuiusvis utriusque sexus status et conditionis cuiusvis exceptione per et ultra Omnes personas Status totiens quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere ... per se et per submissas personas non inquietare sub Damnis Omnibus simpli taxatis et educendis. Et Coram officio praesenti Castren(si) Branscen(si) in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Cuti abscribendo et abrenunciando sub amissione sui et suorum successorum totius et integrae causae.